



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. Pantaleonis monasterium in vrbe Coloniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

*Petri domus vel Peterschufium, in diœcesi  
Constantiensi.*

980.

**S**itum est hoc monasterium ad Rhenum è  
regione vrbis Constantiensis in Sueuia,  
fundatumque à S. Gebhardo XXVI. Episco-  
po Constantiensi, an. 980. Monachis è cella  
Menradij accitis. Obijt S. Gebhardus funda-  
tor anno 996. cum præfuisse annis sedecim,  
de cuius rebus gestis vnde libros duos per Fe-  
licem Manilium conscriptos, editosque à Io-  
anne Pistorio in chronico Constantiensi.

## CAPVT LV.

*S. Pantaleonis monasterium in vrbe Co-  
loniensi.*

954.

**S** Bruno Coloniensis Episcopus, (cuius  
diem festum peculiari officio celebra-  
Ecclesia Tornacensis) etsi grauissimis Rei-  
publicæ negotijs distineretur, vtpote vicari-  
us Imperij, à fratre Othone Imp. constitutus,  
vitâ tamen solitariâ ac monastica quamplu-  
rimum delectabatur. Quare per Hadamari-  
um Abbatem Fuldensem reliquias S. Panta-  
leonis coloniam Vbiorum adferri iussit, &  
in eius honorem insigne monasterium anno  
954. construxit ex castro Tuitiensi, quod de-  
struxit, & ponte Rhenano, quem demolitus  
est. Pons ille à Constantino Magno super  
Rhenum constructus putabatur. Obijt autem

S. BRU-

S. Bruno anno Christi 965. in suo D. Pantaleonis monasterio conditus : de cuius sanctitate vide Baronium in Annalibus, tomo 10. ad annum citatum, & Erardum Vvinhemium in Sacratio Coloniae Agrippinae.

965.

*Gladbacense monasterium vulgò Gladbach,  
in d. Coloniensi.*

**M**onasterium istud, construxit Gero Archiepiscopus Coloniensis XXVIII. & multis Sanctorum reliquijs id ipsum exornavit. Inter alias adseruant ibi magna cum reuerentia S. Laurentij martyris caput, non semel à Philippo II. Hispaniarum Rege expetitur, sed frustra : quod nollent illius loci monachi tam precioso thesauro priuari.

*S. Martini Maioris cenobium, in vrbe Coloniensi.*

**S** Martini Coloniense monasterium, in insula Rheni olim, hodie in continente, non procul à Rheno, intra vrbis moenia situm, fundatum legitur primùm ab Odgero Daciae Duce; tandem verò reparatum & auctum, postq; primam eius euersionem quasi de nouo instauratum anno Christi circiter 986. sub Imperatore Othone tertio. Ita Bruschius.

986.

In hoc